

in den beiden und manche im weissen das sind ist singen am morgen auf  
die armen und arbeiten sind hammerprokofe fahrt und zapfens  
und last von welcher durchschlag und plauert das offenbar gestohlen ist in  
vom leibniz instrument durch den vorzugsreichen berandum besuchte von ferschell  
erwerbe hat uns euerge erlangt und vidergeschrieben von dem gedachten ge-  
und verloren ist verloren und hat seine gral so es soll und kann nicht  
wohle und wohle wie das vom leiste geschen magst gesetzt konstant  
wurkhaft und leicht und leicht geworden als wachung  
ist dann und ein zweck der leute arntatur johannus magens  
ihm wachsend opnem und johannus sachsenland kerte doctor regnun  
der sind wachsend antanum lindens libanum zitzen davon die  
an die wachsende landesprolifer abweichend gleich als lebens-  
wurkheit also da ist ephen se der hand setzt sich anfangen und wird  
der denei was erne von den inhebet aufp landen von den propten sonden mit  
den landen von wegen des schulter und von wachsende und knacker  
und den hogenbrennen herren wird kecker in der wachsenden die last die  
und haben heim allerste seines datos alle entzonen in das gressen ist ando  
etwa allen das von den offene gallen ist und in den hogenbrennen eines solchen  
wachsenden füchten und das sind landen füchten das wachsenden leibniz  
in der seiner füchsen sind abwegen rere den landen hogenbrennen füchten  
wachsenden füchten oder wachsenden füchten die wachsenden noch ob  
wachsenden oder den emmunder dinge graw andrufen alte des kostes zu  
wachsenden und si die zum sperten bei wachsenden treppen ist sie lassen trankent  
wachsenden und wachsenden treppen und wachsenden



R 3.175 q.



2828  
Deo Opt. Max. Assistente

# DISPUTATIO

PUBLICA

De Libero Arbitrio,

Praside,

M. HERMANNO SAMSONIO,

Pastore, Superintendente, &

Professore Theologix.

Respondente

JOHANNE BREVERO


Islebiensi.

Habebiturin Gymnasio Rigensi die 19. Martij,  
hora prima pomerid.

Gen. 6. v. 5.

Col jezer Machsheboth libbo rak re  
col haijom.

Omne figmentum cogitationum cordis ejus tantummodo  
malum omni die.



RIGÆ LIVONUM,

Typis Shröderianis, Anno 1635.



*Viris*

Reverenda pietate, pia eruditione, erudita gravitate,  
virtutumq; eminentia clarissimis, ornatisimis,

Dn. M. IONÆ NICOLAI,  
Ecclesiaz Cathedralis, quæ Lubecæ est, Pastori vigilantissimo,  
Fautori suo colendissimo.

Dn. CHRISTIANO BREVERO,  
Verbi divini apud Mersburgenses in Misnia Ministro fidelissimo,  
Patrio suo unico, unicè amando.

vt &

Doctrina, Integritate, longoq; rerum  
usu præstantissimis

Dn. IOHANNI TIMOTHEO Happachen/  
Not. Publ. & Regiæ Civit. Rigæ Mathematico solertissimo,  
Hospiti, Evergetæ, & Avunculo suo parentis loco venerando.

Dn. VOLRADO Happachen/Oenopolæ & Civi  
Lubeccensem primario, cognato suo singulariter  
observando.

Dn. MATTHIÆ OTTHONI, Pharmacopolæ  
Rigensum speciatissimo, Amico suo faventissimo.

*Debiti honoris, amoris & grati-  
tudinis ergo*

*hæcse studiorum primitias  
libat, offert*

*Respondens.*

*THE*





## THE S I S.

### I.

**V**OX liberi arbitrii est titulus magis Ecclesiasticus, quam Biblicus. Neq; enim voces istæ conjunctim reperiuntur in scriptura. Arbitrii nomen quidem legitur Num. 30. v. 14. quod alibi circumscribitur vocabulo eligendi Deut. 30. v. 19. Jos. 24. v. 15. & nominatur potestas voluntatis 1. Cor. 7. v. 37.

2. Hebræi una voce lebab, & per syncopen leb vel leff utrumquè & judicium & delectum complectuntur Deut. 6. v. 5. c. 19. v. 4. juxta regulam tritam & vulgo notam: *Verba notitiae apud Hebreos connotant affectum, qui sequitur notitiam.*

3. In Græcalingua plura sunt nomina, quibus liberum arbitrium notatur. Apud Phavorinum τὸ ἀνὴρ ἔστοιος, & ἡ ἀντεξαύτοις: ab Hieronymo lib. 3. Dialog. 5. αὐτεξσοία, ab aliis τὸ ἀνθρεπόστοιο illud appellari scribitur.

4. Sed nomina isthæc nimis sunt insolentia & gloria, nec homini competit. Significant enim id, quod nullius imperio subjectum est: ac proinde de DEo quam maxime propriè accipiuntur. In latina lingua communiter usurpari consuevit τὸ liberum arbitrium.

5. Sumitur autem liberum arbitrium multifariam. 1. Pro ipsa mente & voluntate hominis, quæ sunt facultates animæ in cognoscendo & eligendo occupatae, Vid. Augustin. 1. 3. hypognost. 2. Pro potentia passiva, quia mens & voluntas hominis non est instar trunci & lapidis, sed habet aptitudinem non activam, quæ seipsum convertere: sed passivam, quæ à DEo per ordinaria media converti potest. Hoc sensu Patres non nunquam dixerunt: *hominem esse quoad conversionem liberum, hoc est, capacem conversionis.*

A 2

6. 3. Pro



6. 3. Pro interno principio seu inclinatione, quā voluntas in eligendo & appetendo dicitur, licet ad utrumq; oppositorum, bonum & malum, sese liberè non habeat, sed tantum mala velit, & appetat: Vide August. contra duas epist. Pelagii c. 2.

7. 4. Pro potentia voluntatis, quā homo in externis civilibus-quē rebus potest eligere vel bonum, vel malum, vel etiam idem bonum jam non eligere, sed aliud, quod videbatur melius, præferre & appetere: hoc arbitrium non denegamus post lapsum homini, quippe qui voluntatis sanitatem, non omnimoda libertatem privatus est.

8. 5. Pro vi quadam mentis & voluntatis, qua homo se possit ad gratiam DEi præparare, semetipsum convertere, divinam legem implere, & similes actus spirituales edere. Atq; hoc est illud liberum arbitrium, de quo est controversia.

9. Evoluta hac homonymia progredimur ad causas. Causa efficiens prima est DEUS, qui in creatione hanc vim homini indidit, ut obiectū consentaneum eligere, dissentaneum verò aversari possit. Proxima est voluntas hominis, quæ ex prævio mentis judicio libere acceptat vel rejicit, quicquid acceptat vel rejicit.

10. Materia circa quam, sive objectum generale est omne eligibile, bonum vel malum. Speciale continet 1. Actus naturales, qui ad vitam naturalem & animalem spectant, ut sunt: edere, bibere, dormire & similes. 2. Actus civiles, ut: militiam gerere, tributum solvere, & legibus præscriptis obtemperare. 3. Actus morales, quo refertur in genere virtutum & vitiorum exercitium. 4. Actus artificiales, ut: speculari, naturam rerum considerare, terram colere, aliasve artes manuarias exercere. In his actibus profanis omnibus libertatem homini concedimus.

11. Objectum verò libertatis sacrum vel concernit externas actiones, quæ circa religionis exercitium externum versantur, quales sunt: templum accedere, verbum DEi audire, legere &c. Vel internas & spirituales, DEoq; singulariter placentes, ut sunt: DEum vere cognoscere.



cognoscere, Evangelio assentiri, in Christum credere, & secundum spiritum vivere. Quid de his statuamus, infra dicetur...

12. *Forma est libertas, quæ libertas realiter à voluntate non differt, cum voluntas formaliter nihil aliud sit, quam potentia in agendo libera.* Et si libertas distingueretur à voluntate, tum accidenti inesset accidens, quod absurdum.

13. Quamvis autem non differat à voluntate libertas, mentis tamen nostræ opera sic distinguntur, ut voluntatem quasi quoddam *έννοιαν*, libertatem verò instar formæ concipiamus. Nam voluntas est nobis velut compositum quiddam, suo constans materiali, suo itidem formalí. Illud est potentia, hoc potentiae libertas: unde si copulatur utrumq; voluntas nihil aliud erit, quam potentia libera, quæ sui actus est domina, illumq; pro arbitrio producere potest, & non producere.

14. Tale liberum arbitrium collocamus in sola hominis voluntate, quippe quæ est potentia libera & indifferens, ut agere & non agere, bonum aut malum eligere possit.

15. Si instas: Cur voluntas vocatur liberum arbitrium, cum tam  
enim arbitrari vel judicare sit actus intellectus non voluntatis? R.  
Nomen istud voluntati rectè tribuitur rationi sui actus. Nam elec-  
tio, quæ est actus liberæ voluntatis, est quasi arbitrium quoddam,  
quo voluntas rem unam præ alia libere amplectitur. Quo sensu  
vulgò dicimus: *in meo arbitrio est hoc facere vel omittere, hoc est, in mea  
potestate & electione.*

16. Ex quo colligitur, nomen arbitrii dupliciter apud Latinos  
accipi: 1. *Pro actu intellectus*, ubi idem est, quod judicium sive con-  
silium. 2. *pro actu voluntatis*, & sic idem est, quod electio. Hoc  
posteriori respectu voluntas vocatur arbitrium, ut nomine ac-  
tus liberi ipsa facultas denotetur.

17. Posset verò aliquis dubitare, an Lutherus arbitrium rectè  
appellaverit servum? Concedimus liberum esse arbitrium, tum  
ratione *σοίος*, tum ratione *επεργέτας* vel virum in civilibus. Ser-  
vum verò est, & sit rectè vocatur *respectu conversionis*, ubi homo



est servus peccati, liber justitiae. Joh. 8. v. 34. Qui facit peccatum,  
peccati servus est. Rom. 6. v. 20. Cum servi essetis peccati, li-  
beri fuistis justitiae. Vide Augustinum passim.

18. Instas & regeris: Anne ergo liberum & servum verè oppo-  
nuntur? Neg. nam renati verè sunt liberi Joh. 8. v. 36. 2. Cor. 3.  
v. 17. & tamen cum hac libertate conjuncta est servitus. Rom. 6.

v. 18. Liberati à peccato servi facti estis justitiae Rom. 7. v. 25.  
Mente servio legi DEi, carne autem legi peccati. Sic Angeli &  
beati DEo serviunt, & tamen libere omnia expedient.

18. Sed cur Lutherus ista opposuit, regeris? 1. Servitus i. no-  
tatus & debitum, quo sensu renati servi sunt justitiae. 2. officium &  
ministerium, quod præstatur Domino. Et hoc respectu Angeli DEo  
serviunt, nosq; DEi servis sumus. 3. Captivationem voluntatis & sum-  
mam in spiritualibus impotentiam. Huc respexit B. Lutherus:  
Qui enim servus est peccati, & cujus voluntas penitus corrupta,  
is non simul liber est, quoad actus spirituales.

20. Quæritur porro, anne necessitas cum libertate consistere  
possit? 1. Duæ sunt necessitatis species, quæ libertati adversan-  
tur. Prior vocatur *necessitas causarum vel Physica*, ut: Sol movetur,  
ignis urit: quæ est determinatio naturæ ad unum eodem modo  
semper agendum. Posterior vocatur *necessitas coactionis*, quæ ori-  
tur à violento externo principio, determinante naturam ad u-  
num, præter & contra voluntatem.

21. Sequentes autem necessitatis species cum libertate optimè  
consistere possunt, quales sunt: necessitas immutabilitatis, hy-  
pothetica, peccandi, obligationis, objecti, dependentiæ & simi-  
les.

22. Cape exempla luculenta: 1. Christi, qui voluntarie passio-  
nem suscepit, & tamen necessariò vel immutabiliter suscepit ob-  
divinam ordinationem: Unde dicitur: Oportuit Christum pati,  
Luc. 24. v. 26. Ita oportet fieri, Matth. 26. v. 54. Oportet  
filium hominis pati, Marc. 8. v. 31. Uude sequitur, aliquod vo-  
luntarium posse esse necessarium, & aliquod necessarium posse es-  
se voluntarium.

23. 2. DEi,



23. 2. DEI: Objectum, quod DEus vult, vel est intra ipsum, vel extra ipsum. Si intra, & idem est, quod ipse, libere quidem, nec coacte illud vult: attamen necessariò, & quidem necessitate absoluta. Si extra ipsum, tunc vel eligit, vel ex sequitur. Executio ob infallibilitatem decreti est necessaria, & tamen libera, non coacta. Elec̄tio habet adjunctam necessitatem immutabilitatis, quia DEus ex perfectione suæ naturæ necessariò bonum eligit.

24. 3. Angelorum qui necessariò & libere bene agunt, quia sunt confirmati in gratiæ perfectione. 4. Dæmonum, qui ex perfectio-  
ne malitiæ necessitate immutabilitatis voluntates suas determi-  
nant tantum ad malum. 5. Hominum, qui ratione objecti generalis bo-  
num, & ratione finis ultimi beatitudinem liberè ac necessariò eli-  
gunt. Sic ergo probatum est, quod libertas cum necessitate o-  
ptimè consistere possit!

25. Noli vero existimare, quasi tollamus Contingentiam. Salva  
est contingentia respectu hominis: 1. quoad objectum speciale, hoc  
est, virtutem & vitium, ubi licet homini utrumq; pro arbitratu  
sequi, 2. quoad media eligenda.

26. Probatur id 1. dictis scripturæ: Gen. 4. v. 7. Sub te erit appe-  
titus tuus, & tu dominaberis illi. Num. 30. v. 14. In arbitrio viri  
erit, sive faciat, sive non. Ad Philem. v. 14. Ut bonum tuum non  
sit ex necessitate, sed voluntarium.

27. 2. Libera eligendi potestate: Déuit. 30. v. 19. Elege vitam &c.  
Josuæ 24. v. 15. Optio vobis datur, eligite hodie, quod placet. 2.  
Sam. 24. v. 12. 3. Reg. 3. v. 5.

28. Opponis: Si omnia sunt à DEO præordinata, evenient necessario, atq; sic  
tolleretur contingentia. R. Omnis eventus consideratur respectu vel DEI,  
vel existentiæ, vel causarum suarum. Si respectu DEI et actualis existentiæ cō-  
cedimus omnia fieri necessariæ. Non vero ratione causarum, sic  
nimirum potest eventus esse contingens, quia causa agere & non  
agere poterat. Unde patet rem eandem & posse esse necessariam,  
et contingentem: necessariam ex hypothesi & ratione decreti: con-  
tingentem ratione sui principii. Distingue etiam inter necessita-  
tem



tem absolutam consequentis, & inter necessitatem consequentia, & sic facile te expedes.

29. Faceſſat ergo Epicuræus, faceſſat Stoicus. Epicuræus ſic habet: Datur contingentia: E. nulla providentia, nulla preordinatio eterna. Stoicus verò concludit modo contrario: Datur providentia: Ergò nulla contingentia, ideoq; inevitabili neceſſitate omnia eveniunt.

30. Nam quæ contradictoria putavit Ethnica cæcitas, ea ſubordinata eſſe docet Christiana claritas. Neq; enim contingentia collit DEi ordinationem aut providentiam, neq; hæc illam: & proinde non ſolam fine providentia contingentiam, nec ſolam fine contingentia providentiam, ſed utramq; ſimul credere, do- cere & confiteri debemus. Hæc de formalib[us] liberis arbitriis.

31. Finis geminus eſt, Theologicus & Ethicus: is monſtrat DEi co- gnitionem, ejusdemq; in corde, ore, & opere celebrationem: hic boni fuſceptionem, & mali fugam.

32. Ex hiſce ita præmissis talis potest extrui definitio: Libe- rum arbitrium eſt vis & facultas voluntatis libera, objectum vel eligendi vel averſandi.

33. Notetur tandem & hoc in generali τὸ δικαίον, quod libe- rum arbitrium conſideretur duplíciter: 1. Philosophicè respectu ſuæ ἀρετῶν, & ſic nihil aliud eſt quam voluntas: quippe quæ ſola eſt potentia indifferenſis, & illud internum liberumq; actionum principium. 2. Theologicè, ratione ſuæ ἐργασίας, ubi non tam a- ſtimatur quid ſit, quam quid poſſit, vel quas in agendo vires obti- neat. Hoc respectu liberum arbitrium non eſt ipsa voluntas, quippe quæ in omni ſtatu mansit inamissibilis & eadem: hoc et- ja variatur, adeo quidem, ut illud in ſtatu lapsus nullum vel amissum eſſe dicatur. Fuit enim nihil aliud, quam vis quædam voluntati ſuperaddita, eamq; perficiens, per quam illa ad bonum prompte inclinatur, & quodelegit, facile exequitur. Tantum de libero arbitrio in genere.

34. In ſpecie liberum arbitrium conſiderari debet ſecundum diuersos ſtatus, quales quatuor Theologi conſtituunt: Status homi-



hominis 1. ante lapsum : 2. post lapsus ante regenerationem :  
3. post conversionem in hac vita : 4. in vita æterna. Quod alij sic  
efferunt, dicentes, hominem considerari : 1. in natura instituta,  
hoc est, in integritate : 2. destituta, nempe per peccatum : 3. re-  
stitui cæpta : 4. plenè restituta.

35. Secundum hos status erit liberum arbitrium inclinatio ad  
bonum, & vis quædam bene facileq; operandi, voluntatem ho-  
minis perficiens, primum concreata, post lapsus amissa, in re-  
natis non nihil instaurata, in beatis plenè consummanda.

36. 1. De statu integratæ. Fuerunt parentes nostri liberi 1. A co-  
ditione : 2. A necessitate, quia nec per externum, nec per internum  
principium vel ad solum bonum, vel ad solum malum necessario  
eligendum astricti fuerunt, sed in manu consilij sui erant relicti.  
Eccles. 15. ¶ 14. 3. Ab immutabilitate: ad utrumq; oppositorum se-  
vertere poterant, ita tamen ut magis bonum non tantum pos-  
sent eligere, sed actu etiam eligerent & facerent, à malo autem  
abhorrent, ob naturæ beneficium, & de non peccando speciale  
interdictum. 4. A peccato servitus, quia acceperant spiritum Do-  
mini : ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas 2. Cor. 3. ¶ 17.  
ubi adoptio, non servitus Rom. 8. ¶ 13. 5. ab onere miserie. Exu-  
labant enim timores cordis, ad inventio expectationis & dies fi-  
nitionis. Sap. 2. ¶ 23. In summa, habebant libertatem restitu-  
dinis, qua mens D Eum rectè agnoscere, & voluntas bene agere  
poterat.

37. Diligenter ergò hic distingui debet libertatis  $\delta\sigma' \alpha$  à libertatis  
~~inventio~~, quæ in primo statu eximia fuit, & ista restitudinis liber-  
tas non fuit ipsa voluntas, sed voluntatis perfectio & accidens  
quoddam separabile, ita comparatum, ut salva voluntatis essentia  
posset amitti, sicut etiam amissa est.

38. Dices: quomodo homo stante hac felicitate labi potuit? 1. ex abusu li-  
beri arbitrij: acco modando enim aures serpenti malum præ bo-  
no elegit; & dum rapere speravit divinitatem, amisit felicitatem.

39. Regeres; Tuius fuisse hominem non instruere libero arbitrio, cum ob id  
in lapsum



in lapsus inciderit. *R.* Hoc factum esse ex accidenti & abusu, propter quam res bona non est vituperanda.

40. Quod si addas: *L*argiendum fuisse arbitrium, non quo rueret, sed staret homo. *R.* Augustinus, Deum ordinatè procedere voluisse, ac pri-mum ostendere, quid posset liberum arbitriū. Deinde quid pos-set gratiæ suæ beneficium, justitiæq; judicium l. 22. d. C. D. c. ult.

41. 2. De statu corruptionis. Emergit hic hominis arbitrium titulo tenus quidem liberum, reapse autem servum & captivatum: *L*utherus in assert. articul. art. 36. Quam primum enim homo lapsus est, victore peccato, amissum est liberum arbitrium, & homo ad-dictus est servus peccato, *August.* in Enchirid. c. 30.

42. Hoc autem non sic intelligendum est, quasi humana vo-luntas prorsus exsuta sit omnilibertate, ut deinceps coactè velit, quicquid vult. Manet enim libertas etiam in peccatore, *August.* lib. i. cont. Julian. c. 2. Et libera est voluntas mala, servilis autem eo ipso, quod mala, ait Bernhardus: sed quod restitutio voluntatis ita sit orbata, ut sapiat duntaxat facere mala, bene autem facere nesciat. Quæ sane miserabilis potius est servitus, quam optata libertas.

43. Ecquæ enim salva libertas in subjecto? Mens enim hominis non renati est obtenebrata Ephes. 5. v. 8. c. 4. v. 17. 18. 19. Joh. 1. v. 5. Luc. 1. v. 29. Matth. 16. v. 17. Rom. 1. v. 21. 2. Cor. 3. v. 5. 1. Cor. 2. v. 14. Voluntas autem Dei inimica, peccati serva, imo etiam in peccatis mortua, Rom. 3. v. 20. c. 6. v. 20. c. 8. v. 7. Ephes. 2. v. 1. Colloff. 2. v. 13.

44. Unde opus est illuminatione mentis & renovatione sive conversione voluntatis per Spiritum Sanctum. Ephes. 1. v. 17. c. 2. v. 5. c. 4. v. 7. Act. 26. v. 17. 2. Cor. 4. v. 6. Esai. 11. v. 2. Psal. 119. v. 34. Ezech. 36. v. 20. 1. Cor. 11. v. 5. Quæ renascen-tia est opus non minoris virtutis, quam creatio. Idcirco eidem causæ principali utrumq; est adscribendum.

45. Cum igitur queritur, quænam sint vires humanæ volunta-tis post lapsus ad efficiendam conversionem: rectè responde-tur



tur & verè, quod voluntas in conversione habeat se merè passivè.  
A Deo enim convertitur, non sese ipsa convertit.

46. Per peccatum siquidem amissus est non solum actus secundus luminis intellectualis, nec solum actus secundus rectitudinis in voluntate: sed etiam ipse actus primus, hoc est, ille ipse ingenitus habitus, illa ipsa potentia in creatione innata, quā semper poterat homo Deum diligere, ad eum se applicare, & secundum spiritum vivere, quamquam actus secundus non aderat.

47. Hæc, inquam, potentia etiam amissa est, & contrarius succedit malus habitus, prava illa & tenacissimè inhærens concupiscentia. Unde longè major est cæcitas & corruptio spiritualis, quā naturalis: hic enim non tollitur ipsa potentia videndi, licet actus secundus tollatur: istic vero non solum actus secundus, sed simul ipsa potentia sublata fuit: ita quidem, ut non solum homo non videat, sed ne quidem activè videre possit, aut velit spiritualia.

48. Per conversionem igitur non virtus quædam liberi arbitrij in nobis langvida à Spiritu sancto excitatur & adjuvatur, ut possit jam spirituales concipere motus & actiones, haud secus ac si quis hominem per se & in se habentem ambulandi ~~duum~~ ex vinculis sive compedibus, quibus constrictus tenetur, solvat, quemadmodum Pontificij nugantur: sed pravitate nativa, quam in non renatis invenit, prius mortificata & ablata, creat, donat & infundit illis novam vitam, facultatem & efficaciam in mente & voluntate, ad inchoandas & efficiendas spirituales actiones.

39. Sic ergo nos ~~ex esse~~ negamus liberum arbitrium in hoc statu, ratione conversionis ad Deum: Pontificij verò tantum ~~ex semisse~~. Nos & actum primum & actum secundum luminis spiritualis in intellectu, & rectitudinis in voluntate tollimus: Pontificij tantum actum secundum. Nos initium & totam operationem conversionis in solidum & exasse ascribimus soli Spiritui sancto: Pontificij dividunt operationem conversionis inter gratiam Dei & liberum arbitrium, & gratiam Dei tantum causam adjuvantem, non efficientem unicam, plenariam & solitariam efficiunt.



50. Lubet vero hoc loco in gratiam studiosorum Theologiae subjicere, quam crassos errores Jesuitae foveant in primariis fidei articulis, salutem nostram concernentibus.  
51. In articulo de imagine Dei docent: 1. Talem nunc post lapsum esse humanam naturam, qualis initio in se fuit, si in puris naturalibus fuisset condita. 2. Corruptionem naturae nihil nisi externae vestis vel doni supernaturalis amissionem esse.

52. In articulo de peccato originis docent: 1. Ex ista amissione nullam qualitatem pravam in hominis natura consecutam, sed innatam tantummodo concupiscentiam ex ipsius naturae visceribus erumpentem in actum proditam. 2. Concupiscentiam per se non esse peccatum, quia sit ipsius naturae conditio, sed inde tantum fieri peccatum, quia justitia originali non amplius cohabeatur. 3. Concupiscentiam conferunt cum appetitu cibi & potus. 4. Luclam carnis & Spiritus in renatis vere & propriè peccatum non esse. Quid ergo remanet de peccato originis? Tantum hoc, quod cum consensu & voluntate perpetratur: Unde regula ipsorum: omne peccatum est voluntarium.

53. Quam graves errores in articulo de libero arbitrio tueantur, thesi 49. indicatum est.

54. Legem à renatis impleri posse contendunt. In articulo de justificatione gravissimè peccant: Audi D. nostrum Hunnium p. m. contra theses Pistorij de justificatione. Diez alles / inquit, fehret der Teuffel durch die Bäpftlervmb/vnd schreibt Christi Todt vnd Auferstehung das allein zu / das derselbige hat den anfang gemacht/vnd also so viel zu wegen gebracht/das Gott dadurch beweget/vns die Tugenden eingosse / durch welche Tugenden ( vnd nicht durch Christi Gerechtigkeit) wir nunmehr formaliter für Gottes Gericht werden gerechtesertiget. Also hette Christus mit

NB.  
In Papa-  
tu plus  
tribuitur  
naturæ

mit seinem Verdienst nur allein einen anfang gemacht zur Se- quā grā-  
sigkeit das vbrig vnd fürnembste (darin eigentlich die Gerecht- tia, cum  
tamen o-  
vnd Seligmachung besteht) würde durch die Xp̄oꝝeta, cim- mnia grā-  
 gegossenen Tugenden verrichtet vnd zu ende gebracht. Wel- tiae Dei &  
ches eine rechte Antichristische Lere ist / dadurch Christi außer- mérito  
halb vns geleisteten Gehorsam die beste edelste Kraft in so ho- Christi  
hen Werk enzogen / vnd nummehr auff unsren Gehorsam unice es- unice es-  
transferiret vnd verwendet wird. O in pietatem! o exaci- sent acri-  
tatem! benda.  
Atq; haec  
est super-  
bia Pha-  
risaica &  
Lucife-  
riana.

55. Bona deniq; opera verè esse meritoria vitæ æternæ statuunt. Sic nimur Pelagius prodij rēdīvivus ab or- co! Hæc de statu corruptionis.

56. 3. De statu refectionis. Spiritus sanctus in homine audiēte verbum non est otiosus, sed movet & impellit voluntatem, ut sub ipso conversionis intio ea quasi fluctuet ac pendeat, & cum carne luctari incipiat tam diu, donec ex repugnante fiat consentiens, hoc est, ex serva fiat libera- tata, ex nolente volens, ut velle jam adjaceat homini, & condelectetur legi Dei non coactus aut invitatus, sed volens Rom. 7. v. 18. 22. Philem. v. 14.

57. Quæritur hoc loco; an homo in conversione sese habeat mere-  
passive? Affirm: Ecce sicut lutum in manu figuli: ita & do-  
mus Israel in manu mea Jerem. 18. v. 6. Quid obsecro a-  
etivitatis habet lutum, quando figulus formam ei affin-  
git? ita etiam in nostra conversione. Unde homo non fa-  
cit quippiam, sed totus fit. Defici enim loquitur Johan. c. 1. v. 12. Fieri ait, filios Dei potestate divinitus nobis  
data, non vi liberi arbitrij nobis insita.

58. Quæritur deinde: An recte dicatur: hominem habere se in  
conversione instar trunci? v. Si consideretur facultas, qua con-  
versio & inchoari, & effici potest, certè hoc respectu nul-  
la prorsus inter hominem & truncum est differentia:  
quippe qui haud magis atq; truncus ex proprijs suis viri-  
bus ad conversionem confert.



59. Quæritur tertio: An homo in conversione se habeat repugnante? R. Verum est, hominem animalem ex seipso nihil posse nisi repugnare Spiritui sancto: Nam sensus carnis inimicitia est adversus DEum Rom. 8. v. 7. sed falsissimum est illud quod infertur: Repugnantes & reluctantēs converti. Spiritus sanctus enim voluntatem hominis emollit, & ex nolente & repugnante facit volentem ac consentientem.

60. Quæritur quartō: an homo convertatur oculos & nescius, quid secum agatur? R. Etsi homo non renatus ex se & ex suis viribus scire nequit, quid secum agatur: tamen stuporem istum Spiritus sanctus aufert, & intellectum illuminat, ut jam sciat, quid secum agatur, & agenti Spiritui sancto consentiat.

61. Quæritur quintō: quæ & quot sint constituendæ causæ, concurrentes ad conversionem hominis? Fuerunt Theologi, qui duas tantum conversionis causas constituerunt, nempe Spiritum sanctum, & verbum Dei. Sunt alij, qui tres constituerunt, & duabus jam nominatis tertiam, videlicet mentem hominis, adjecerunt. Pro conciliatione vero harum dissensionum, distingvimus inter conversionem primam, quæ est infidelium ex statu iræ in statum gratiæ translatio: & conversionem secundam, quæ est quotidiana fidelium pœnitentia. Si de priore quæritur, duæ dantur causæ conversionis: Si de posteriori, ternarius numerus potest admitti.

62. Tandem & hoc disputatur: Num conversio semel in homine virtute Spiritus sancti inchoata, postmodum solis humanæ naturæ viribus perficiatur & conservetur? Neg. Spiritus sanctus enim operatur in nobis non tantum velle, sed & perficere: atq; is bonum, quod in nobis cepit, consummat & perficit: & virtute sua renatos ad finem usq; custodit Philip. 1. v. 6. c. 2. v. 13. Pet. 1. v. 5. c. 5. v. 10.

63. Alij considerant conversionis operationem vel secundum originem, vel secundum affectionem sive qualitatem, vel secundum continuationem.

64. Ratione originis tribuitur conversio renatorum περί των Spirituī sancto: quisquis enim ministrat, ministrat tanquam ex virtus,



bus, quas DEus suppeditat 1. Petr. 4. v. 11. *Seu Iēsūs ipsi renato,*  
sed ea duntaxat idoneitate, quæ ex Dco est 1. Cor. 3. v. 5.

65. Ratione affectionis sive qualitatis hæc operatio est imperfecta ob  
principium tam internum, nempe peccatum inhabitans: quam  
externum, Diabolum & mundum.

66. Ratione continuationis: sicut *Spiritus sanctus prævenit impium,*  
ut fiat *justus*: sic *justum subsequitur*, ne fiat *impius*.

67. 4. De statu completionis. Liberum arbitrium in hoc statu ex-  
quisite erit restitutum. Mens luce intelligentiæ valebit 1. Cor. 13.  
v. 12. Voluntas erit integra & immaculata Jud. v. 24. *Omnium*  
*virium splendebit ἡλιξία* Dan. 12. v. 3. Erimus perfecti Eph. 4.  
v. 13. Et similes Christo 3. Joh. 3. v. 2. Cujus etiam imaginem  
portabimus, 1. Cor. 15. v. 19.

68. Et licet homo tum ita in bono fuerit confirmatus, ut pec-  
care amplius non possit: tamen hoc ejus libertati nihil detrahet.  
Quippe oppositum *deficiens*, perficit libertatem, non conficit.  
Hæc de 4. statibus.

69. Quæritur, quid de operibus bonis gentilium sit sentiendum? *R.* Virtu-  
tes illæ considerantur vel *legaliter*, vel *Evangelicè*. Si *legaliter*, forma-  
liter & per se non sunt peccata 1. ratione causæ efficientis: 2. ra-  
tione conformitatis cum lege, & recta ratione. 3. ratione remu-  
nerationis. Si *Evangelicè*, omnino dicuntur peccata. 1. ratione  
fidei deficientis. 2. Ratione finis. 3. Ratione imperfectionis.

70. Rejicimus: 1. Pelagianos: 2. Manichæos: 3. Enthusiastas:  
4. Jesuitas, quos quidam Theologi referunt ad Pelagium non  
Prioristicum, sed Posterioristicum. Sic enim Bellarminus lib.  
6. de grat. & lib. arbitr. c. 11. *Cooperamus DEo non solunt, ut adversarii*  
*volunt, post justificationem: sed etiam in (NB.) ipsa justificatione* *et initio fidei.*  
Vide varia Jesuitarum similia apud D. Mentzerum in Exegesi Au-  
gust. Confessionis p. 768. seqq. 5. Synergistas, Erasimum Rote-  
rod. Melanchtonem, Pfeffingerum, Georgium Majorem & Vi-  
ctorinū Strigelium. 6. Calvinianos, quia docent, omnia inminu-  
tabili DEi decreto & necessariò fieri. Calvin, lib. instit. 1. c. 16.  
17. lib. ~



17. lib. 2. c. 3. 7. Photinianos, qui docent, ex peccato originis nullum defectum pervenisse ad posteritatem, neq; ullum aliud malum sive infortunium, quam necessitatem moriendi, Ostro-  
rodus in German. Institut. p. 280. Item: liberum arbitrium per lapsum protoplastorum non esse amissum, p. 264. Idem habet Faustus Socinus in libello suasorio, quod Evangelici se deberent illorum cætui adjungere, p. 58. Catechism. Racovienses c. 10. p.  
284. Ist das in vnser macht / das man Gott also gehorsam sey ? Ja/ denn es ist gewis/ das Gott den ersten Menschen also geschaffen hat / das er ihn einen freyen willen gegeben : Nun ist aber keine Br-  
sach/ warumb ihn Gott denselben nach dem Fall hat nehmen sollen.  
Eadem habet Schmaltzius contra D. Frantzium p. 416. seqq.

### Corollaria duo.

1. Num ex absoluto Calvinianorum decreto causa sit ac-  
cessenda, quod meretrices & publicani propiores  
fuerint regno Dei, quam Pharisei: hoc est, quod  
hi citius potuerint converti, quam illi: item, quod  
hodie unus facilius convertatur, quam alter ?

Neg.

2. An auditus verbi divini in hominibus convertendis  
per se sit fidei conferenda organum ? Negatur.

τῷ διῷ μόνῳ δοξᾷ.

Egre-





Die Handlung verläuft auf einer Ebene die zwischen den  
Vorstadtgebäuden und dem Dorf selbst liegt. Die  
Handlung ist in drei Teile unterteilt: 1. Ein  
Vorstadtgebäude, das von einer Mauer umgeben ist.  
2. Ein Dorf mit einer Kirche und einer Schule.  
3. Ein Dorf mit einer Kirche und einer Schule.

Deo Opt. Max. Assistente

# DISPV TATIO

P V B L I C A

De Libero Arbitrio,

Præside

M. HERMANNO SAMSONIO,

Pastore, Superintendente, &

Professore Theologiae.

Respondente

